

Dieghi Pacecchi Iur. Consult. In præstanda Obe-
dientia pro Emanuele Lusitanor: Rege In-
uictiss: Leoni. X. Pont. Opt.
Max. dicta Oratio.

E Loquar an silcam? Quis nam obsecro uel
consumatissimus Orator P. B. quæ tanta
ingenii aut facundiæ felicitas / ne dicam esse /
sed animo concipi potest / quæ ante augustissimū
tui acerrimi Iudicii Tribunal / apud Maiestatem
tuā in sublimi solio / ac solidissima Petri Petra / di-
uina unanimiq; omniū sententia sedētē / Inter Sa-
cro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardines firmissimasq;
Colūnas / ac tot clarissima mundi lumina / quasi
Solem inter sua sidera micantem / In tāta præstan-
tissimorū uiroꝝ corōa / celeberrimoq; totius Orbis
theatro de re tā ardua / tamq; difficili nō dicā uer-
ba facere / sed mutire quidem aut hiscere ausit.
Quæ sane res / si ulli unq; in hoc sacro Conuentu
dicturo difficilis uisa est / mihi quidē eo maiorem
difficultatem asserre debet / q; homo peregrinus /
nullo dicendi / nulloq; eloquendi studio sim excul-
tus / sed rudis adhuc / & transalpini sermonis situ
squalidus / crassoq; (ut ille inquit) sub aere natus.
Venerunt profecto timor & tremor super me / &
contexerunt tenebræ. Quid igitur faciam / tacebo
ne? sed urget me parendi necessitas. An iustissimi



Regis/Dñiq; mei dicto nō audiam/ qui sanctissi-
ma dei pręcepta libens audire / seq; ac sua omnia
eidē dicare semper cōsuevit? *En* illius imperio nō
obediam/ qui & ipse ultro obediens/nos cum obe-
dientia ad te mittit? An optimi/ ac religiosissimi
Principis tam sancto desiderio refragabor/ qui ut
tua lumina supplices adiremus / tuosq; Sanctissi-
mos Pedes exosculemur/nō sumptui/nō impen-
sæ/ non laboribus pepercit? In tanto fluctuantis
animi æstu hærerem proculdubio P. B. nisi seren-
us iste / diuinusq; Vultus tuus / discussio mentis
nubilo/omnes iam difficultates peruinceret/ quo
nos usq; adeo recreas / ut tuo uelut numine since-
ram Principis nostri mentem/ purissimū cor/ præ-
cipuam fidem/singularem obseruantia/ atq; hila-
rem offerentis animū iam perpendisse uidearis /
Neq; ex uerboꝝ inopia/ sed ex animi copia rē me-
tiri/maioꝝq; bonæ uoluntatis/ q̄ culti sermonis
habere rationem. Quare tuis iam auspiciis B. P.
Serenissimi Regis nostri Emanuelis mandata
paucis explicabo / ut quam tuæ Sanctitatis auri-
bus molestia forte hac barbara mea elocutione at-
tulerit/ eandem ipsam Orationis saltem cōpendio
rependā. Sed unde ordiar? quid primū exequar?
Equidem diuinas tuas laudes/æternasq; uirtutes
aggressurus nouam quandā pati uideor ex copia
inopiam / Ita dicere conāti certatim se se ingerūt/

ita quęlibet festinabūda accurrens / primū apud
te locū sibi uendicare gestit/adeo quidem ut inui-
cem se se ipsas eo concursu impediāt & obturbēt.
Cogitanti enim mihi præclara Iustitiæ munera /
qua ad amissim & equa lance cuncta perpendis/
quæ ut Cæterarū domina & Regina se primū of-
fert/Reclamat eius socia Clementia/ ac uelut tibi
peculiaris & propria præferri miris modis expo-
stulat. Dicturū de singulari prudentia/qua perpe-
tuæ uitæ lineam tam bene duxisti/nō patitur for-
titudō/quæ te interritū/ ac summa florentissimæ
uirtutū cacumina Leonino more affectantē. For-
tissime simul & felicissime Leo/ tot laboribus/ tot
fortunæ fulminibus sola uirtute superatis/in ipso
ætatis flore (quod uix alteri contigit) ad eminen-
tissimū rerū fastigiū euexit. Cæteras uero cōtemp-
nit: nulliq; cedit temperantia / cū posthabitis uo-
luptatum illecebris toties de te ipso pulcherrime
triūphaueris. Grauitas quoq; quæ potissima laus
in Principe est/nec lento quidem gradu/ ut te sibi
quasi suū uendicet/procedit. Cum tamen Benigni-
tas longo illam interuallo anteire conatur. Certat
cū Frugalitate Liberalitas/ neq; ei quidem conce-
dere/aut hoc in certamine liberalis esse delibērat.
Verū ipsa dei præpotentis religio/recteq; uiuendi
ratio sanctissima/ qua cæteros mortales semp præ-
stitisti/merito quidē te totum possidere/sibiq; pri-



mas ab reliquis deferri debere summo studio con-
tendit. Ita uirtutū quęcunq; prior occurrat/illi cę-
terę alię quasi inuidētes se se opponūt/ magnaq;
ui obsistunt. In quibus profecto recensendis cum
impediat turba delectū / cumq; ego neq; eo inge-
nio sim/ neq; ea eloquētia/ qui illarę magnitudinē
quę in te uno suū collocasse domiciliū uidentur/
efferre possim; Illis pretermisissis/ Quęso obtestorq;
te P. B. ut pro tua humanitate dum deman-
datum mihi pensum absoluerē / pro uiribus ad-
nitor/ quę dicturus sum quibus auribus benignissi-
me excipias. Venimus igitur Potentissimi Regis
nr̄i Emanuelis filii tui deuotissimi iussu atq; Im-
perio ad Sanctissimos pedes tuos eius noīe Apo-
stolico Throno/ ac tuę Sanctitati de more gratu-
latū/ Deo imprimis gratias agentes : q; cum huic
sanctę Sedi/ ac Petri nauiculę Gubernatorē prę-
fecerit/ qui ut nouit regere: ita & uelit & possit. Ve-
nimus ab ultimo Lusitanię recessu/ ut te dei Vica-
rium/ xp̄ianę religionis summū Antistitē/ unicū
Romanę Ecclesię/ Gregisq; dominici Pastorem ue-
neremur/ colamus/ atq; in tuo nomine Christū/ cu-
ius uicem geris/ adoremus. Venimus publice pri-
uatimq; tuę Sanctitati ab utroq; Orbe/ nostris iā
armis conuincto/ obedientiā/ ac uerę recognitio-
nis signa prestituri: Neq; ea quidem solita & anti-
qua P. S. sed noua / ac multo maiora tibi afferi-

mus: Et quę ad Sanctissimā contra Christi hostes
expeditionē in sacro Lateranē. Cōcilio: quod ad
id potissimū tam recte q̄ sancte continuare insti-
tuiti/ decernendā/ nō solum attineant/ sed uel ma-
xime impellant. Nam ut Lusitanorę retro Princi-
pum domi foriq; pro Christiano Imperio studiū
ac gesta omittā/ utpote uniuerso orbi satis iam su-
perq; satis nota/ Vt admirandā Manicongrii Re-
gis cū innumero populo/ Regis inq; totius Aethio-
pię maximi ac potentissimi/ nō sine diuino miste-
rio: sedula tui Emanuelis opera ad Christū cōuer-
sionē silentio præteream / Cuius noua obedientię
munera nō multo post primus uidebis/ primusq;
excipies/ Quid de nostrorę Indica expeditione/ bel-
loq; quod in Oriente magnis animis geritur/ exi-
stimandū est? Licet enim ad mei Regis famam/
meę Patrię decus/ Lusitaniq; nominis æternitatē
spectet/ haud tamen silendū est Opus diuinū po-
tius q̄ humanū/ Opus ante secula nostra nescio in-
spiratū/ an uerius desperatū/ Opus quo impius il-
le Maumetes/ eiusq; præcipua Sedes Sarracenorę
caput Mecha/ in hęc usq; diem Christianis armis
inaccessa/ nobis nūc diuino suffragio peruia/ nō si-
ne magno sanguinis pretio reddita est. Nā q; tam
longe/ tanto terrę marisq; tractu/ ultra Centū sta-
diorę milia/ nostra arma/ uictricesq; manus protē-
dantur/ tam imensa Oceani uastitate enauigata //



tot insanis tempestatibus superatis / tot laboribus
exanclatis: expugnata pene ipsa rerū natura / nec
id quidē impune. Multa enim nostrorū corpora ip
si indignanti Oceano deuoranda / monstrisq; ma
rinis in escam dantur. Pretiosa sane / ac sūmo præ
mio digna sepultura / quæ sui dei amore: suæ fidei
zelo: sui Regis imperio / suæ Patriæ / gentisq; stu
dio pulcherrime parat: Qd tot Reges / ac Satrapæ
gentis numero / rerū opulentia / munitissima classe
Potentissimi / nostra arma uiresq; sentiant / eorūq;
potentia a nostris / quāuis numero imparibus sepe
retunsa / multoties contra / sepius attrita: Qd tot
Prouinciæ subactæ / tot Populi subiugū missi / tot
Nationes in potestātē redactæ: Nec ipsa modo op
pida & opes: sed multorū quoq; Animæ recupera
tæ / qui a perpetuo Maumeticæ seruitutis iugo li
berati / ueram dei fidem agnouerūt: Qd memora
tissima alter quondā orbis terrarū credita Tapro
bane multis antea sæculis incognita / nec minus
expetita q̄celebris / nobis iam sit familiaris: Qd ce
leberrima illa Aurea Chersonessus / Regiaq; eius
Malacha nris subacta armis / iura legesq; nostras
acceperit: Qd plurimi Reges / ac minime aspernā
di Principes audita Lusitanorū fortitudine / ultro
fædus & amicitia per Legatos expostularint / Mu
nera etiā / & ea quidē pretiosissima dono dederint:
Qd maximus ille / potentissimusq; Princeps Pbr

